

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Philipp Hartmann Henricus Sartorius

Disputationum Metaphysicarum Tertiam De Toto Et Partibus

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729466361>

Druck Freier  Zugang



Rk phic 1638
Philipps Hartmann
Heinrich Sartorius



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729466361/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729466361/phys_0002)

DFG

86.

127.

IN NOME JESU.
DISPUTATIONUM META-
PHYSICARUM
TERCIAM
DE TOTO ET PARTIBVS
Spiritu Sancto Adjuvante,
Amplissimâ Facultate Philosoph. permittente,
in Inclita Rosarum Academia
SUB PRÆSIDIO
M.PHILIPPI HARTMANNI,
Lub. Lusat.

Publico & placido DOCTORUM Examini subicit
HENRICUS SARTORIUS, Hirschb, Sil:
AUTOR & RESPONDENS.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILI, Academ. Typograph.
anno M. DC, XXXIX.

N NOMINE JESU.

*V*n secunda Disputatione nostra Metaphysica, inter alia de composito, prout opponitur simplici, actum sit, sequitur de eodem ut opponitur Partibus, quo respectu Totum vocatur; quippe cum Totum sit indivisum, divisibile & fluat ex Unitate composita: Omne etiam compositum (Totum) ex aliquibus tanquam terminis componentibus (partibus) sit compositum, dicente Scheibler. Met. lib. I. c. 6. Adeo ut Totum & compositum non differant re, sed tantum nomine; quanquam non diffiteamur Philosophos sub nomine modo Totius, modo Compositi, latius ac sub alterius loqui. Exposcente igitur id naturâ & Methodo prima nostra Philosophia, hâc vice pro ingenij nostri modulo proponemus; sed dirigente S. Spiritu, proposita queq; nostra disponente, doctrinam de Toto & Partibus: de quibus

THESES L.

Totum est quod constat suis partibus, Ex communi & rectâ ratione hanc damus in genere Totius definitionem; juxta quam in Divisione ejusdem Totius erunt examinanda membra dividentia, à variis varia & satis multa hinc indè proposita. Et quamvis eadem etiam Definitio apud diversos Autores pluribus ac diversis verbis tradatur, manet tamen pro norma definiendi Totum, communis ille Aristotelis (8 Mat. c. 7.) Canon ratus: μή εσι σωες η πᾶν, ἀλλ' εσι τι τὸ ὄλον ωδὴ τὰ μόρια, quib⁹ (partib⁹) Totū & mensuratur, ordinatur & determinatur; id quod idem Arist. 12. Met. ad constitutionem Totius requirit, scil. 1. τάξιν, 2. συμμετρίαν 3. ωμόσμενον.

II. Quid? quod Arist. ipse aliis in locis aliis verbis definiat, aut

A 2

mavis

mavis circumserbit. 12. Met. c. 3. i. aquit, ὁλον, τὸ ἔχον ἀρχὴν, καὶ μέτον καὶ τελεύτω. h. e. explicante Cl. Dn. D.Mart. lib. 4. Inst. Dial. c. 31. Totum vocamus quod omnium partium unione perficitur. Accuratio est; quæ 4. Met. c. 26, habetur Desinitio: ὁλον λέγεται, οὐ μηδὲν ἄπει πέρ, εἰς ὃν λέγεται τὸ ὅλον Φύσης, καὶ τὸ πείσχον εν, καὶ τὰ πείσχομά, ωσε ἐν τῷ εἴναι ἐνεῖναι. Jacobus Mart. (Disp. Met. 4. q. 1.) notat: Totum non referri ad partem, sed ad partes, & quidem non absolute, sed certo modo & numero determinatas: nōq; etiam partes quædam Totum constituunt, quia non Totum determinant: sed omnes partes simul sumitæ Totum determinant ideoq; constituunt. Totum enim dicitur, quod non tam per artificium tale est, quæ quod statim per naturam suam implicat respectum ad partes; Totum igitur & partes in communi sensu sumimus pro iis entibz, quæ juxta naturam suam talia sunt, ut unum desinetur ad esse alterius vel alia destinentur ad esse illius.

III. Formalis enim ratio Totius rigorosè dicti est, habere partes quoad rem, atq; ex iis constitui: id quod Thomas etiam ad naturam Totius requirit, 1. ut per partes constituantur. 2. ut partes in Toto unitantur. Formale igitur totius dicimus ipsum Totum in se consideratum, quatenus partisive partibus opponitur, & ideo pars non est! Materiale vero ipsam rem, quæ modo Totius denominatur. Quicquid E. non, habet partem quoad rem, id Totum propriè, prout ex unitate fluit, dici non potest. Ad hanc igitur naturæ Totius bilancem variæ Autorum divisiones appendendæ venient: in quorum castra, Circa Totius Divisionem constructa, (prius tamen collocata nostrâ acie, h. e. genuinâ & sufficiente Totius Divisione) agemus cum Seneca non transfugas sed exploratores.

IV. Totum est duplex 1. *Essentiale*, quod constat ex materia & forma. 2. *Integrale*, quod constat ex partibus quantitatibus. Atq; hanc Dichotomiam sufficientem tantum ex Compositione ex his (quæ sola realis est & formalis naturæ Totius propria) promanare notum sit. Proprii n. & speciales Compositionis modi sunt in corporeis substantiis, tunc quâ totaliter consideratur, tunc quâ partialiter, ratione materiarum: ibi est compositio ex materia & forma, quæ totâ compositi essentiam complent, & semper pars aliqua est perfectiva alterius, ratione scil.

actus

actus & & potestatis; materia vero sola non absolvit compositum,
& neutra ejus pars aliam actuat; licet partes Totius integralis etiam
pertineant ad essentiam compositi; sed non integrant eam nisi unam
solum partem essentiae, materialiam compositi.

Quamvis & inveniantur, quibus ista distinctio minus sapiat, quia
etiam Totum Essent. Suis partibus integretur. Sed cum de re constet,
circa verbū velle morosum esse, sapiente nimis indignū judico. Aliud
cerè est Totum cōpositum ex materia & forma, aliud sunt partes ma-
teriarū, quae dicuntur eam integrare tūm presentia, tūm quantitate. v.g.
homo resectā manu dicitur mūtilus; sed missa anima, non dicitur am-
plius homo mūtilus. Insuper etiam (dicente Scheibl. Met lib. i. c. 6. (a
posteriori apparet eorum distinguendorum necessitas; quia secus nul-
lum Totū possemus dicere similare, si tantū datur Totum Essentialēs
Omne n. Totum esset dissimilare, quia materia & forma, in se & secun-
dum suas essentias cōsiderata, sunt diversa genere, quia nihil est com-
mune ipsis. Aestimando a. seorsim partes materiales dimissā forma,
aut etiam sub singulis complectendo formam, tūm alia res similares
alia dissimilares habet.

V. Totum *Integrale* id propriè dicitur, quod fit per continuationem,
ut in corpore humano. Quod v. alij idem fieri dicunt, vel per contigui-
tatem, ut in mundo; vel per cōtactū, ut in domo; vel per ordinem, ut in
exercitu, dicitur tautūm impropriè, quia hæc omnia quiddam per acci-
dens inferunt: quibus adde *Totum analogum Integrale*, quod fit per sub-
ordinationem, & partibus intensivis sibi subordinatis constat, quomodo
Philosophia, Syllogismus, Metaphysica etiam Totius nomine veniunt.

VI. Totum *Integrum*, est vel *Homogeneum*, quod habet partes ejusdem
essentia. Optimum & universale sumi discernendi Totum
similare à dissimilari (dimissa convenientia & inconvenientia nomine),
quia impositiones nominum sunt ab arbitrio hominis & proinde li-
beræ &c.) & essentiæ identitate & diversitate, vide præter alios Dd. eru-
ditissime observantem Dn. Scheibl, lib. i. Met. c. 6. vit. 7. art. 2. vel *He-
terogeneous* seu *Organicum* quod habet partes diversæ essentiæ. Et hoc
est vel *Perfectum*, vel *mūtilum*, cui h. l. *Integrum* non opponitur, quia
illud habet partes quantitativeas seu materiales & adhuc est Totum; cu-
jus conditiones scitu dignas & necessarias, vide Versoris quæst. in Met.
Arist, lib. 5. qv. 14.

VII. Varias dari vocis Totius (ut & partis) ambiguitates seu significations notat Arist. 5. Met. c. 25. & 26. Totum n. interdum reverendetur cum voce *Omnis*; in quibus videlicet partium positio non facit differentiam. Interdum ponitur, negativè pro indivisibili & perfecto, cum Deus dicitur esse totus ubique; qui tamen partes non habet: sic anima Tota in qualibet corporis parte, scilicet totalitate essentiæ & perfectionum suarum. Zabar, de partit. anim. c. i. Græcis dicitur ὅλως ὅλον quod planè est ἀδιάίσθετον, nec partes habet, ut sunt omnes spirituales essentiæ: quòd pertinet *Totum perfectionale*, quod in se omnes perfectiones Creaturarum eminentiori modo habere dicitur: Sed h. l. cum partes non habeant, Totius nomen non meretur; & potius ad Bonum est referendum. Äquivocè n. Deus dicitur Totus; (quatenus ex uno fluit) *Perfectiones n.* illæ, quæ ut *Partes Dei* concipiuntur, sunt ipsa Dei Essentia. non n. componitur ex esse & essentiæ, actu & potentia, ut angelii; multò minus ex materia & forma, adeoq; nullam convenientem multitudinem, ut alia. Interdum sumitur nimis latè, pro omni eo quod dividi potest, & proinde etiam pro causis & effectis, pro subjectis & adjunctis hinc *Totum potestativum* quod dicitur continere facultates ad modum partium, propriè dictum Totum non est. Potestates enim animæ sunt accidentia & ab anima differunt realiter: nullum v. accidens est pars sui subjecti. Interdum accipitur Auguste, ad significandum Totum essent. in integrale, & contra distinguitur generi, quòd pertinet *Totum Universale*, quod propriè loquendo Totum non est; quia singulare, velutl partes subjectivæ (ut vocant) non sunt actu in Universali: partes enim ista semper nominæ & rationem Totius retinent; atq; species extra genus, ejus pars esse nequit. hinc patet, etiam *Totum Individuale* äquivocè dici, quia singulare, ut tale, non est Totum; sed interdum simplex, ut Deus, intelligentia. interdum pars, ut manus. Totum v. *Numerale* neutiquam hic consistit: numerus enim est ens per accidens, nec ad integrales partes referri potest; ipsum etiam numerari est tantum extrinseca rei denominatio. Non incommode v. enumerati Totius modi distinctis nominibus appellari posse videntur. Totum enim perfectionale simpliciter dici potest *perfectum*: Tot: essentiale, *integrum*: Tot: continuum simpliciter *Totum*: Tot. universale simpl. *Universale* vel universum; Tot. numericum *Omne vel omnia*.

IX. *Totum* & *Totus* etiam solet distingui. *Totum* infert naturam,
Totus

Totus hypostasin. aliás Zabar. (lib de gener. & inter. c. 4.) distinguit
inter Totum conjunctum & disjunctum sumtum; illud esse quando
prædicatum Toti conveniat secundum utramq; partem: hoc v. sumi,
quandò prædicatum conveniat speciebus ut maximè, i.e. secundum
unam solum partem. quæ distinctione quomodo applicanda ad Chri-
stum Θεόν τὸν χριστόν, v. Dāmasc. lib. 3. de orthod. fid. c. 7. & D. Hütte-
num in lib. Concord. art. 9. qv. 3. Totus enim Christus non est, ubi
non est Deus & homo. Homo a. non est sine humanitate: licet illa di-
stinctione nihil minus placeat alicui Maccovio vel Keckermanno aut
Pilcatori. Accurately v. distinguendum inter presentiam Totius, & in-
ter essentiam propriasq; affectiones & operationes Totius. secundum
has non valet à Toto ad partes singulas consequentia; secundum il-
lam firmissima & invictissima ad omnes & singulas Toti partes est col-
lectio; quia partes quā tales non per se & à se, sed in Toto & cum Toto
præsentes sunt.

IX. Ab aliis talis traditur Dichotomia, quā Totum dicunt esse
vel Commune vel singulare: hoc quod in scriptura nobis proponatur, es-
se potissimum vel Personale, quod est Christus Θεόν τὸν χριστόν, vel Sa-
cramentale quod in Sacramento constat materia coelesti & terrenā.
Ita v. hæc per analogiam tantum ē natura Totius explicitantur, ut quæ-
cunq; in aliis modis occurrent imperfectiones totius præscindantur;
ut eruditè præmonuit Dn, D. Calov. part. gen. tract. post c. 17.

X. Porro cum Totum respectivè dicatur ad Partes, (quippe quod
sine his nec est, nec concipi potest) & Pars opponatur Toti, tanquam
completo incompletum; relata v. se mutuè definiant &c. igitur ē natura
Totius facile constabit quid & quotplex pars sit. Hinc ceu partes (li-
cet impropiè) respondent perfectiones Toti perfectionali; facultates
potentiali; partes subjectivæ universali; unitates numerali: proprié-
a. partes essentiales, Toti essentiali; integrales, integrali: sic extensivæ,
Proprio; intensivæ analogico. Vocabulum n. Partis propter Totius
ambiguitatem interdum dicitur id, εἰς ὁ διαπεθέντιν τὸ πωστὸν ὁ πω-
τοῦ i.e. in quod quovis modo quantum dividitur; sic binarius est pars
ternarij. Atq; hæc quantitatis pars multiplex est, & rationem ad To-
tum includit quinq; modis, ut accurare notat Jac. Mart. Disp. Met. 4.
th. 26. & 27. vide & Vers. quæst. Met. lib. 5. p. 371.

XI. Igitur in genere, Pars est quod refertur ad constitutionem To-
tius.

*Itus. Incongrue v. definitus: quod continetur à Toto est pars; alioquin
risibilitas & quantitas in homine, ut proprietates Totius, absurdè es-
sent partes Totius. Juxta Philosophum n. (lib. 4. Met. t. 30.) propriè
pars illa dicitur, quæ Totum mensurat, & dicitur aliqua: hinc patet
cæteras minus propriè partes dici si deo inquit idem ib. δύο τριῶν εἶτε
πολὺ ὡς λέγεται μερός, εἴτε δὲ ὡς οὐ.*

XII. Quomodo v. Totum, præsertim Essentialie (quoniam eadem
ratio etiam est de Toto Integrali) distinguatur à suis partibus, tres pri-
mariæ sententiae, (scil. re, modo & nullum discrimen nisi quod est in-
modo loquendi & concipiendi) earumq; defensores recensentur &
apud alios, & cum primis apud Svarez Disp. 36. Met. sect. 3. Adeò vero
in his quidam dubij sunt, ut nihil afferere velint: sed vide egregiè la-
tam sententiam apud Scheib, lib. 1. Met. c. 6. tit. 3. art. 4. Nos insuper
breviter ira dicimus: *Quilibet pars à Toto differt realiter, at omnes
partes simul sunt & modaliter. Nam Totum omnibus simul sumis parti-
bus, non superaddit aliquam rem novam; sed tamen novum modum seu
ipsam totalitatem vel compositionem: Quicquid etiam, satis strenue nu-
gentur Timplerus, Keckermannus, & qui his sunt Religione similes;
quorum fucum aperte detegunt Meisn. Part. 1. Phil. sobr. p. m. 1054.
& Jac. Mart. l. d. q. 2. vide etiam Svarez Disp. Met. 36. sect. 3. & alios.
Totum enim reverā non est, quod suis partibus non constituitur, & quidem
in illo subiecto in quo ipsum est. Videatur Zabarella lib. 2. de Methodo
Scaliger exer. 307. sect. 39.*

XIII. *Partes v. propriè (ut & Totum) sunt vel Essentialia vel Inte-
grales; quæ relatae ad suum Totum, respiciunt simul Unionem Essen-
tialiem & integr. Accidentalis n. unio tantum res ita unit, ut non resul-
tet una inde essentia. v. gr. in concretis, aggregatis, conglutinatis. O-
mnis a. res uniatur cum aliqua unione necessum est: Essentialis v. Unio
unit res, ad Ens unum per se constituendum.*

XIV. *Essentialis partes sunt materia & forma, ut anima rationalis
& corpus Organicum in homine: hæc n. essentiam hominis intrinsecè
constituunt per unionem essentialiem. Maximè v. materia in haben-
tibus materiam est pro parte essentiali: Neq; enim ibi materia est ut
accessorium quid, vel ut extraneum ad esse rei materialis sed verissimè
pertinet ad illius essentiam; quicquid Averroës cum suis doceat.*

XV. In-

XV. Integrantes partes dicuntur quæ per Unionem seu cohaesionem continuam Totum suum constituunt. Et sunt vel *similares*, quarum essentia est eadem, & quæ sibi similis undique manet in quæcunq; etiam dispescatur frustra. vel *Dissimilares*, quæ in partes essentiae dissimiles plures sunt dividuae, ut manus in ossa, musculos &c.

XVI. Dissimilares sunt vel *Principales*, aliis dictæ necessariæ, quæ ita ad conservationem Totius & essentiam ejus sunt necessariæ, ut si ne illis totum esse nequeat. v.g. in homine caput, cor, pulmo, venter. vel *minus principales*, sive secundum alios, minus necessariæ, sine quibus totius essentia existere quidem potest, sed non salva & integra v.g. pedes, oculi, aures in animali. Hanc Divisionem tantum pertinere ad partes. Dissimilares arguit, quia inter partes homogeneas nihil habet una præ alia: ratio v. discriminis harum partium patet, ex consideratione formæ & materiæ, in quib; simul sumit; essentia Totius consistit.

XVII. Canones nobis hi sunt: 1. *Totum non est pars, nec vice versa.*

2. *Totum est majus suis partibus.* Loquitur Canon primarij de magnitudine molis & extensioni. atq; hæc ratione procedit tantum in corporeis integralibus. Secundò loquitur ctiam de majoreitate essentiae intensive, quæ in eo consistit, quod essentia Totius plus in se continet, quam essentia paris. Sic Metaphysica est major qualibet parte. Tertio, de Toto universaliter limitetur: *Totum Universale est majus inferiori suo non ratione essentiæ, (sic n. homo major est animali) sed ratione amplitudinis & latitudinis.* Sic animal majus est latitudine quam homo.

3. *Totum est prius partibus.* Non, valet de Toto in sensu composito; (i.e. quando prædicatum de suo subjecto dicitur formaliter, ut Totum sumitur) sic n. ut Relatum consideratur, adeoque; Totum & partes simul sunt: sed loquitur Canon de Toto in sensu Diviso, (i.e. quando prædicatum de suo subjecto dicitur materialiter propter essentia totius absolute & extra relationem consideratur. non v. ut Totum est. & sic pater est prior Filio: quod fit (1) naturæ ordine, non quidem generantis & componentis, sed intendentis. nam illo modo omnis pars essentialis, tanquam causa interior est prior Toto. (2.) Dignitate. Totum n. omnes omnium partium perfectiones in se continet & includit. E. dignius est quævis parte, quæ non &c. Valet v. tantum in illis Totis ubi partes omnes finitâ tantum perfectione gaudent; alias si pars quedam sit,

B

quæ

quia infinita quadam gauderet perfectione, tum Totum non posset esse nobilior ea parte. Sic Christus θεός non est dignior divinâ natura; nam hae omnes perfectiones eminenter includit. (3.) *cognitione, confusa non distincta.* Totum enim distincte per partes cognoscendum est. (4.) *non v. tempore.* Sic enim aut est simul cum partibus; aus ha Toto sunt priores, non v. posteriores. Observes autem quamlibet partem cum suo sibi respondentem Toto debere Comparari. Nam licet homo sit prior dentibus; dentes tame ut partes integrantes minus principales, non sunt partes hominis, ut est essentiale Totum; neq; ut simpliciter integrale est: sed ut est Totum integrale iu latissimo sensu, etiam respectu partium minus principalium.

4. *Posita Toto ponuntur partes, scil. respondentes Toti.* Sic posito Toti essentiali ponuntur ejus partes essentialiae. Valet a hoc Principiū (1.) de positione rerum in natura. (2.) de positione in aliquo ubi. scil. ubicunq; ponitur Totum, ut Totum, ibi etiam sunt partes. Non v. de positione Logica: falsum enim est: de quocunq; affirmatur Totum, de illo affirmantur partes, scil. in concreto: in obliquo tamen casu interdum procedit. & *contra se positi partibus & quidem omnibus quo ad unionem.*

5. *Remoto Toto removentur partes.* Non dicitur de remotione Logica seu de negatione: falsum enim est in recto casu: De quocunq; negatur Totum, de eo negantur omnes partes. Anima enim non est homo & ctn. pars hominis: sed loquitur de remotione essentiali. Remoto n, Toto essentialiter, tolluntur partes. Tolluntur a partes 1. quoad re. rationem seu ξέστιν i.e. nō amplius manent illius Totius partes. 2. quoad unionem. non n. amplius manent istae partes unitae. non v. tolluntur quoad esse absolutum Sic n. materia & forma hominis post mortem manent, & contra: remota unica parte removetur totum 1. de essentialibus absolute verum est 2. de integralibus bac ratione: remota unica parte removetur totum quatenus ita dicebatur respectu illius partis.

6. *Quicquid dicitur de Toto, illud etiam dicitur de partibus.* Valet Canon (1.) de partibus & Toto homo genetis, non v. heterogeneis, & hoc i. terium 1. ratione esse absoluti, non respectivi. 2. ratione prædictorū & attributorū necessariorum, non contingentium. Sic valet hoc Totum est humidum. E. & pars ejus. nou v. valet; hæc aqua replet hoc vas. E. & pars ejus rep. et hoc vas. (2.) de Toto heterogeno secundū quid: ita

ita: quicquid dicitur de Toto, illud etiam dicitur de Parte illâ, respectu
eius hoc dicitur de Toto. Sic, quia de Toto homine dicitur, quod am-
bulet, & quidem ministerio pedum; idem igitur etiam de pedibus fa-
no sensu dici poterit. Hinc patet, quâm egregiè fallat & fallatur Ke-
ckemannus, quando (in syst. Log. lib. 1. c. 22) hunc Canonem: Non
quicquid Totius est etiam partis est. Absolutè & sine tegmine ponit;
eius tamen in cogitantiam aperte redarguit consideratio Totius uni-
versalis: quippè de quo Eius hominis Canon neutiquam valet. hoc n.
Totum & quicquid de eo prædicatur, inest & dicitur de qualibet ejus
parte. Possimus E. in prædicti Bartholomæi gratiam & eruditio[n]em
(quia hac in parte rudis ipse ruditatis Nostros ruditer arguit) hunc Ca-
nonem ita proponere & determinare: Quæcumq[ue] Toti etiam quali-
taticunq[ue], tribuuntur, illa de partibus negantur: scil. ratione formalis: ra-
tione v. materiali ita valet: (1.) de Toto Universalis. hoc n. & quicquid
de eo prædicatur inest & dicitur de qualibet ejus parte: (quia hoc Totu[m]
~~natura~~ p[ro]p[ter]e[us] inest in omnibus suis specieb[us] seu partibus subjectivis)
non v. contra. (2.) de Toto homogeneo: quicquid inest Toti, id quoq[ue]
parti inest & tribuitur, & contra. [3.] de Toto v. heterogeneo & essen-
tiali: quod tribuitur parti, id tribui potest parti propter illam partem,
non v. contra. v. gr. Oculus videt E. etiam homo videt falsum a. ho-
mo videt. E. pes, manus &c. Philosophia v. quando Totum hetero-
genium dicitur, & nomen ejus partibus, scil. speculativæ & Practicæ tri-
buitur, ambiguitas est in Vocabulo Totius. In Partibus tamen essenti-
tialibus fieri potest ut proprie Communicationem ~~natura~~ συνδύσιν
id, quod Toti inesse dicitur propter partem, cui πρόταξ inest, tribua-
tur etiam alteri parti oppositæ per ~~κοινωνίαν~~. Sicut homo vivit, quia
anima hominis vivit; & ipsum corpus vivit, (non vita accidentalis, h.e
operationibus vitalibus; sed ipsa essentiali) quia homo vivit. hinc

7. Quicquid tribuitur parti absolutè, tribuitur etiam Toti secundum
illam partem. Valet primario Canon de actionibus & passionibus. Un-
dè dici solet: Omnis actio & passio est suppositi s. Totius (1) tanquam
principij; non quasi ipsa hypostasis sit principium actionis; sed quod
natura per se agere & pati non possit, nisi inducta sit illâ hypostasi (2.)
tanquam subjecti quod, seu denominationis. (3.) actio partis est Totius,
sed secundum illam partem, cuius actio esse dicitur, sic etiam Passio.
Et sic mors est passio humanae naturæ Christi, & est etiam passio Totius
Christi

Ghristi, sed secundum humanam naturam. i.e. de descensu ejus ad inferos, de Resurr. &c. Valet secundari id etiam in qualitatibus & reliquis attributis, sed cū grano salis seu ~~ω~~^εθεος Αγαπητού ^η sic non absurdum est tribuere homini immortalitatem, quoad animam; sicuti non absurdum est, tribuere Ἀθηναῖοι albedinem, scil. secundum dentes.

8. *Dimidium plus totū.* Sumi utri. Juridicè, respectu scil. totius debiti incerti &c. 2. ethicè, respectu moderationis, quandò dimidium sumere moderatum est, totum v. noxiū. Per dimidium E. intelligimus μεσοτητα, per totum autem ~~ωλεγεζιαν~~. ut Virtus consistit in mediocritate.

9. *Quod nullius partis est, id absurdè Toti tribuitur.* Alicujus partis esse dicitur dupliceiter. 1. ut partem denominet. 2. ut pars essentia liter concurrat ad attributum, licet non hoc de parte prædicatur. Duplicita item sunt attributa Totius: quædam ita tribuuntur Toti ut non possint nisi Toti competere. v. gr. operaciones illæ, ad quas utraq; essentia pars concurrebit. & deinde relativa attributa, quæ Toti, ut Toti competit: quædam v. in horum numero non continentur. Sic E. hic Canon est explicandus. (1) *Quod non est alicujus partis,* ita ut nulla pars ad illud effectivè concurrat, id est iam Toti non competit: nam Totum non habet aliundè essentiam, nisi à paribus. E. Totum omnia sua attributa dependent à partibus habet. (2) *Quicquid nullius est partis,* ita ut neq; de ulla parte id dici possit, tamen tribuitur Toti: scil. quandò est tale attributum relativum, quod Toti ut tali competit. & hoc attributum Toti tribuitur formaliter, in actu signato; non materialiter, in actu exercito. Deinde, si est talis actio, ad quam omnes partes essentiales causaliiter concurrunt. Sic generatio de Toto homine dicitur, non v. de parte hominis. (3) *Quicquid nullius est partis,* ut de nulla parte dici possit, illud potest attribui Toti extra hos casus. Sic absurdī sunt Adversarij, qui dicunt Christo datam esse omnipotentiam &c. Matth. 28.18. & tamen nolunt assere, secundum quam naturam. Sed nos finimus: & θεαν θράων nostro Christo, toti omnipotenti, εν τῷ κατοικεῖ τῷ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματίῳ καὶ, cum Patre & Spiritu S. agimus devotam gratiarum actionem.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729466361/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729466361/phys_0016)

DFG

XV. Integrantes partes dicuntur quæ per Unionem continuam Totum suum constituant. Et sunt vel essentia est eadem, & quæ sibi similis undique manet dispescatur frustra. vel *Dissimilares*, quæ in partes plures sunt dividuae, ut manus in os, musculos &c.


XVI. Dissimilares sunt vel *Principales*, aliis dicta ad conservationem Totius & essentiam ejus superne illis totum esse nequeat. v.g. in homine caput, &c. vel *minus principales*, sive secundum alios, minus in bus totius essentia existere quidem potest, sed non pedes, oculi, aures in animali. Hanc Divisionem tamen parte. Dissimilares arguit, quia inter partes hominis una præ alia: ratio v. discriminis harum partium proportionem formæ & materiæ, in quib⁹ simul summis essent.

XVII. Canones nobis hi sunt: 1. *Totum non persa.*

2. *Totum est maius suis partibus.* Loquitur Canon de longitudine molis & extensionis. atq; hæc ratione pro corporeis integralibus. Secundò loquitur etiam de majoritate & minortate, quæ in eo consistit, quod essentia Totius plus in essentia parvus. Sic Metaphysica est major qualibet Toto universali ita limitetur: *Totum Universale est in ratione essentie;* (sic n. homo major est animalis, studiis & latitudinis). Sic animal maius est latitudinibus.

3. *Totum est prius partibus.* Non, valet de Toto in se (i.e. quando prædicatum de suo subjecto dicitur formaliter sumitur) sic n. ut Relatum consideratur, adeoq; Totum sunt: sed loquitur Canon de Toto in sensu Diviso, (i.e. Totum de suo subjecto dicitur materialiter prout essentia & extra relationem consideratur. non v. ut Totum est prior Filio: quod sit (1) naturæ ordine, non quidem genitrix, sed intendentis. nam illo modo omnis partis quævis causa interior est prior Toto. (2.) Dignitate. omnia partium perfectiones in se continet & inclinat. quævis parte, quæ non &c. Valet v. tantum in illis, omnes finitam tantum perfectione gaudent; alias si p.

B



one
um
iam
iles

quæ
t si-
er.
qui-
v.g.
ad
bet
ra-
tit.
C

na-
or-
in-
am
de
su
li-
o;
im
rul
ca-
ut
est
m-
in-
es
est
tes
→
ux